





D. g. 295

Margarita fureur  
 Alfonsi Aragonii regis vasa dicta  
 Tropi sine salis paninis Kysersbergk fo. 22  
 Marsily firmi de sole opusculuz  
 Hermolay barbury oros 9 poetas  
 facere Adelphine.

Regem predictorum fo. 100.

Cerimonies romizales Conradi prutingerij de mirandis  
germanice Antiquitatis.

Lupoldy de huzibij regni 7 translatione imperij

Trar. de 4. heresiarchis ordinis predicatorij apud  
Gruikense in ciuitate beznensi combustis

Memorizuz contra Venetos. Julio ppe

Rede und antwort d. gesandten habsburg d. venediger  
An Herrn Maximilian

By Berylzueff vnser allerheiligsten Julio d. habsburg  
zum gedachten Kayserslicher maiestat

Item vnder den ungherzham d. venediger

Item handlung zwischen Kayserslicher maiestat v  
Churfursten und stunde des reichs zu vorzunig

form dz abzug An den herzhogen und die herzhafft venedig

Tractatz concordie inter sumuz pontificz. Gallent regem  
7 oratoris Burchardij impatoris

Bulla censuraz 7 detrazatiz. Duris ferrazien

Bulla censuraz in singulos d. durate mediolanen

Ein vunderbarlich geschicht von der mechtigsten  
juden das hochwirdige Sacrament verkaufft.

L. N. 221.





*a*

**Bulla declarationis incu-**  
**sus censurarum et penarū**  
**contentarum in bulla pri-**  
**uationis Alphonsi Esten-**

sis tunc Ducis Ferrariae contra magnificū. D. Ca-  
rolum de Ambrosia. D. de Ciamonte Magnū Ma-  
gistrum et nominatim contra reliquos Capitaneos  
et Duces exercitus Christianissimi Regis Francoꝝ  
et generaliter contra omnes / qui in defensionē et auxi-  
lium dicti Alphonsi Esten. contra. S. D. N. et. S.  
Ro. Ecclesiā militant et eius Terras et loca hostili-  
ter inuaserūt et depdati sunt per. S. D. N. Julij. q̄.  
Pontificem Maximū edita.

1510.  
pridie idus octobris



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





Contra futurum et suum

**F**ilius Episcopus ser

uus seruatorum Dei ad futuram rei memoriam  
Decet Romanum Pontificem ex diuina tradi-  
ta sibi potestate penarum spiritualium et temporalium  
pro meritorum diuersitate dispensatorem constitutum  
pro animarum salute in eos qui monitionum suarum et  
mandatorum apostolicorum transgressores ac censura-  
rarum et Apostolice auctoritatis et Clauium contemp-  
tores existunt debite animaduertere et acius insurge-  
re/ne tales sic damnati et contemptores dati in repro-  
bum sensum eorum exemplo alios decipiant et in er-  
rorem et ruinam secum trahant/ac eorum participa-  
tione et conuersatione alios fideles inficiant et conta-  
minent necnon ad ipsorum damnatorum confusionem quam  
formidabiliu censurarum et penarum rei existant ad  
omniu aliorum publicam et certam noticiam deduce-  
re/et declarare ad hoc ut ipsi sic declarati et publicati  
confusi et compuncti ad cor reuertant et saluti proprie con-  
sulere valeant et alij eorum exemplo discant a similibus ab-  
stinere et ab eorum excoicatorum et anathematizatorum phi-  
bita conuersatione et participatione et obedientia se subtra-  
hant ut diuinam ultionem euadant et eorum damnationis parti-  
cipes non existant. Sane licet nup iniquitatis filium et  
perditionis alumnum Alphonsum Esten. suis excessibus er-  
roribus et nephandis delictis per eum perpetratis erigentis  
bus maioris excoicationis et anathematis sententiam per  
iurum et sacrilegum reatus ingratitude rebellis et lese  
maiestatis crimina danabiliter incidisse oibus et singu-  
lis indulgentijs remissionibus tollerantijs gratijs priuile-

24



gus libertatibus et immunitatibus in Vicariatu et  
Ducatu Ferrariensi. alijsq; feudis locationibus/hono-  
ribus Dignitatibus etiam Consaloneriatus Ciuita-  
tibusq; Terris ac Castris Oppidis Fortilicijs locis  
iuribus iurisdictionib⁹ et bonis quibuscunq; que quo-  
vis modo obtinebat ac in quib⁹ et ad que ius sibi quo-  
modolibet competebat ac propter iniquitates reite-  
ratas ingrattitudines ac delicta eius de⁹ Alphonsi om-  
nes et singulos eius ex quondam Hercle ex Marchio-  
nibus Estensi. fratres germanos aliosq; de eorum fa-  
milia existentes/etiam in premissis seu eorum aliqui-  
bus vel ad illa ius habentes et habere pretendentes/  
quoru nomina ⁊ cognomina ac qualitates pro expres-  
sis haberi volumus ac omnium eorum posteros et suc-  
cessores quoscunq; predicto ⁊ omni successionis iure im-  
perpetuum omnino priuatos ac inhabiles et indignos  
ad illa et quelibet alia similia vel dissimilia imposte-  
rum obtinenda et quoslibet actus legitimos exercen-  
dos Ciuitatesq; Castra Oppida Terras Fortilitia  
loca et alia omnia predicta confiscata fuisse et tunc fo-  
re ac a predictis priuationis et inhabilitatis poenis  
neminem ex familia sua etiam pretextu minoris eta-  
tis aut sexus excusari seq; tueri posse quominus poenis  
huiusmodi omnino irretiti et innodati censerentur/de  
Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane  
Ecclesie Cardinalium consilio pariter et assensu ac  
de apostolice potestatis plenitudine ac ex certa nostra  
scientia declarauimus ac sententiando priuauerimus  
et inhabilitauerim⁹ dictosq; Ducatum et Vicariatū  
Ferrariens. cum omnibus Ciuitatibus/Castris/Op⁹



pidis et feudis que a dicta Romanā. ecclesia quomodo  
dolibet obtinebat cum omnibus iuribus et pertinen-  
tijs suis ac omni integritate ad dictam Romanam  
ecclesiam legitime deuoluta ac reuersa fore decreui-  
mus Vniuersis quoq; Ducibus Marchionibus Com-  
itibus Baronibus Domicellis Feudatarijs et Vas-  
sallis ac alijs quibuscumq; etiam prefate Romane ecc-  
lesie non subiectis districte preceperimus et manda-  
uerimus ne ex tunc in antea ad stipendia dicti Alfonsi  
si aut ei fauentium militare seu eorum stipendia cape-  
re vel ad stipendia huiusmodi seu alias cum eis se vel  
suos Armigeros et sequaces locare eisq; etiam preter-  
tu cuiuscumq; protectionis confederationis et lige quo-  
minus dictum Alfonso debite punire et castigare  
valeamus consilium auxilium vel fauorem quoquo-  
modo prestare auderent. Quinimmo si qui tunc cum  
eisdem militabant vel in eius auxilium vel fauorem  
venerant infra certum tunc expressum terminū ab ip-  
so Alfonso eiusq; obsequijs auxilio et stipendijs om-  
nino recederent quacumq; obligationis seu protectio-  
nis et defensionis formula qua obligati erant / non  
obstante ac in omnes et singulos ex eis qui contra mā-  
datum nostrum huiusmodi facere vel etiā venire tem-  
ptarent quoquomodo per se vel alium seu alios dire-  
cte vel indirecte dicte excommunicationis maioris ana-  
thematis maledictionis et priuationis et inhabilita-  
lis / necnon in terras dominia et loca eorū si qua ha-  
berent seu eos habere cōtingeret interdicti ac in eos et  
eorum descendentes / priuationis dignitatum domi-  
niorum feudorum et bonorum ac privilegiorum gra-





tiarum et beneficiorum ecclesiasticorum necnon inhabilitatis ad illa ac bonorum confiscationis sententias censuras et penas extunc prout ex eadem die promulgauerimus eosque illas absque alia ulteriori mentione post litterarum nostrarum desuper concessarum publicationem et noticiam incurrere noluerimus eo ipso / aliasque et alia fecerimus prout in dictis nostris litteris desuper confectis quarum veriorum tenorem presentibus haberi volumus per expresso quasque ut ad Alphonsi et aliorum monitorum et priuatorum ac sub eisdem litteris comprehensorum noticiam deduceretur / in certis tunc expressis locis affigi et publicari iussimus et fecimus ac volumus ut illos littere ipse post affixionem predictarum pinde arctarent ac si eis eadem littere personaliter intimante forent prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem sicut non siue graui animi displicentia accepimus iniquitatis filij Caroli de Ambrosia qui per gubernatorem Ducatus Mediolani nomine Charissimi in christo filij nostri Ludouici Regis Francozum christianissimi / necnon Galeazius et Marcus Antonius Pallauicini Theodorus Georgius et Alexander de Triultio Dominus de Montison / Dominus de la Pelliza / Baiardus dominus Dambrecort ac Dominus de Conti / de Bernia / de Satiglione de Fontraglia et Desoys necnon Joannes Luardus Aloysius de arsi et Badinus ac alij qui ac dictus Carolus pro capitaneis et ductoribus gentium armorum dicti regis ac militibus seu stipendiariis dicti Alphonsi se gerunt post affixionem et publicationem priorum litterarum nostrarum predictarum postquam lapsum singulorum terminorum in eisdem litteris per nos prefixorum / ipsarum litterarum ac mandatorum nostrorum

*colly de Ambrosia*



*Contra dux p[er]arum et suos*

predictorum noticiam habentes sue proprie salutis immemores nobis ad partes Romandiole pro recuperatione Vicariatus Ducatus et feodorum necnon Civitatum terrarum locorumque predictorum personaliter venientibus et in Bononiam nostra Civitate cum curia ac Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus moram trahentibus recuperationi huiusmodi temere renitentes dicto Alfonso nedum prestita alias pro eos subsidia subtrahere ut debuerant et tenebantur. Verum arma et gentes armorum ac nova auxilia et suffragia prestare et magnas copias tantum nostri et dicte sedis publici et manifesti hostes ad servitia beneficium et succursum publice et notorie dicti Alfonsi contra nos et sedem predictam palam et publice subministrare ipsumque Alfonso in suis inobedientia contumacia et rebellionem ac Vicariatus Ducatus et feodorum predictorum occupacione et detentione confouere non verentur sancte Romane ecclesie exercitui et gentibus nostris per expulsionem dicti Alfonsi existentibus tantum nostri et sancte Romane ecclesie hostes se manifeste opponentes et quod deterius est velut hostes Territorium Bononiam hostiliter inuadere et depredare et homines occidere et captiuos quamplures ex subditis ecclesie abducere Arces et Fortilitia seu castra ecclesie Romane huiusmodi comburere cum hominibus in eis existentibus et aliqua inuadere ac capta custodire palam et publice non sunt veriti penas contra talia perpetrantes temere incurrendo excommunicationis et maledictionis ac anathematis aliasque in prioribus nostris litteris predictis contentas sententias censuras et penas danabiliter incurrendo. Ut igitur cum Alfonso et alijs punitis et anathe



matizatis ac maledictis merito cōputentur/et sicut  
in delinquendo dicti Alfonsi pertinentiā sequuntur/ita  
penarū etiā particeps ac secū portent penas/cū pre-  
missa adeo manifesta et notoria sint et facti etiā per-  
manentis ita vt nulla p̄batione vel monitione aut cī-  
tatione indigeāt put sic fore decernim⁹ et declaram⁹  
Carolū et Galeaziū et Marcū Antoniū Theodorū  
Georgiū et Alexandrū ac dñm de Motison/dñm de  
la Pelliza/Baiardum dñm Dembrecoit/ac dños de  
Conti/de Bernia et de Satiglione de Fontraglia et  
desoys/ac Johannē Alloysium et alios predictos ac  
oēs et singulos alios Capitaneos gentiū armorū du-  
ctores Constabiles/ac milites quoscūq; tā equestres  
q̄ pedestres/qui cōtra nos et sedē predictā ac p̄ dicto  
Alfonso tā illius q̄ quorūcūq; etiā Regū seu aliorum  
Principū aut eorū pprijs stipēdijs militarūt z militāt  
seu arma quomodolibet sumpserunt et sumunt / aut  
auxiliū consiliū vel fauorem quouis modo prestare et  
subministrare presumpserunt et presumūt/quorū om-  
niū nomina et cognoia ac qualitates etiam si quavis  
celsa et grandi prefulgeāt dignitate p̄sentibus haberi  
volum⁹ pro expressis ac si nominatim exprimerentur  
ac in illoꝝ publicatione vigore presentū faciēda no-  
minatim exprimi posse decernimus maioris excomu-  
nicationis z diuini anathematis necnō maledictiōis  
eterne z interdicti/ac in eos z eorū descendētes dignita-  
tum honorū et bonorū priuationis et inhabilitatis ad  
illa/necnō bonorū confiscatiōis et alias sentētias cen-  
suras et penas predictas damnabiliter incidisse/Ciuit-  
tates q̄ terras/castra/oppida/et loca: in quib⁹ tūc et



*Con dnm p rramo f suro*

pro tempore fuerint et ad que eos declinare contige-  
rit: ac que in illis sunt / Ecclesias etiam Cathedra-  
les et Metropolitanas. Monasteria et alia religiosa et  
pia loca etiam exempta quecumq; ecclesiastico inter-  
dicto supposita esse ita vt illo durante in illis etiam  
pretextu cuiusuis indulti apostolici preterq; in casib;  
a iure permissis / et in illis non alias q; ianuis clausis  
ac excommunicatis et interdictis exclusis / nequeant  
Misse et alia diuina officia celebrari dicta apostolica  
auctoritate tenore presentium declaramus / illosq; p  
excommunicatis anathematizatis maledictis inter-  
dictis priuatis et inhabilibus vbicumq; locorum de-  
nunciari et publicari ac ab omnibus christifidelibus  
arctius vitari precipimus et mandamus. Et vt om-  
nibus premissa innotescunt. Vniuersis et singulis Pa-  
triarchis / Archiepiscopis Episcopis Patriarchaliu  
Metropolitanu. Cathedralium et Collegiarum  
ecclesiaru Prelatis / Capitulis et personis ecclesiasti-  
cis etiam quoruuis ordinum etiam mendicantium /  
Religiosis exemptis et non exemptis vbilibet consti-  
tutis in virtute sancte obedientie et sub dicte excomu-  
nicationis late sententie poenis mandauimus / quati-  
nus ipsi et quilibet eorum si et postq; vigore presentiu  
requisiti fuerint infra tres dies / quoru vnum pro pri-  
mo et alium pro secundo ac reliquu pro tertio et per-  
emptorio ac Canonica monitione premissa assigna-  
mus / eosdem excommunicatos anathematizatos male-  
dictos declaratos aggravatos interdictos priuatos  
et inhabilitatos si no paruerint in eorum ecclesijs Do-  
minicis et alijs festiuis diebus dum maior inibi popu



li multitudo cōuenerit ad diuina cum Crucis vexillo  
pulsatis campanis et accensis candelis ac demum ex  
tinctis et in terram proiectis et conculcatis cum tri-  
na lapidum proiectione alijsq; ceremonijs in similib9  
obseruari solitis publice nuncient/ac faciant et man-  
dent ab alijs nunciari/ac ab om̄ibus christifidelibus  
arctius euitari. Verum quia impossibile foret presen-  
tes nostras declarationis et publicationis litteras ad  
presentiam et personam propriam dictorum excōmu-  
nicatorum personaliter deducere propter eorum po-  
tentiam/volumus vt affixio et publicatio presentiu  
litterarum in Valuis Cathedralium ecclesiarū Mu-  
tinen̄. et Bononien̄. Ciuitatum facta ita eos liget et  
arctet et declaratos et damnatos demonstret in om̄-  
nibus et per omnia ac si eis et eorum cuilibet persona  
littere intimate et p̄sentate fuissent. Postremo quia dif-  
ficile foret presentes declarationis litteras ad singula  
queq; loca deferre in quibus earum publicatio neces-  
saria foret volumus et prefata auctoritate apostolica  
decernimus qđ earum transumptis manu Notarij  
publici subscriptis et sigillo alicuius Prelati ecclesia-  
stici munitis ubiq; stetur prout originalibus litteris  
staretur si essent exhibite vel ostense. Non obstanti-  
bus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis  
ac om̄ibus illis que in prioribus litteris nostris predi-  
ctis volumus non obstare ceterisq; contrarijs qui-  
buscunq;. Nulli ergo om̄ino hominū liceat hanc pa-  
ginam nostre constitutionis declarationis precepti as-  
signationis mandati voluntatis et decreti infringere  
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc at-



*Contra dnm p[ro]p[ri]um f[ir]m[is] f[ir]m[is]*

temptare presumpserit/indignationem omnipotentis  
Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se  
nouerit incursum.

Datum Bononie Anno Incarnationis Domi-  
nice Millesimo quingentesimo decimo. Pridie Idus  
Octob. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Sigismundus



Tempore p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis  
et ac p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis  
p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis  
p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis  
p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis p[re]s[en]tis

Finis





5 4 2 0 0

78 L 1577

2

Sb.

ULB Halle 3  
004 812 441









Si  
sue  
cor  
ua  
sis tu  
rolum  
gistrum  
et Duc  
et gene  
lium d  
Ro. A  
ter in  
Ponti

incue  
narū  
pri  
sten  
i. D. Ca  
gnū Ma  
pitaneos  
francoū  
et auxi  
A. et. Se  
a hostili  
Julij. q̄o

